



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Magistris, Et Ne Aliqvid Exigatvr Pro Licentia Docendi. Titvlvs Primvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

**CLEMENTINARVM  
LIBER QUINTUS.**

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGA-  
TVR PRO LICENTIA DOCENDI.

TITVLVS PRIMVS.  
CAPVT I.

In studiis Romana curie, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantino, debent esse magi-  
stri catholici, scholas regentes in linguis, Hebraica, Arabica, & Chaldea, duo scilicet, pro qua-  
libet lingua. Et statuirur per quos eis debeat de stipendio & sumptibus provideri.

Clemens V.

Nter a solitudines nostris humeris  
incumbentes, perpeti cura revolvimus,  
ut errantes in via veritatis inducere,  
ipsoq; lucifere Deo (sua nobis co-  
operante gratia) valeamus: hoc est,  
quid profecte desideranter exquiri-  
mus, ad id nostra mentis sedulo definiamus affectum, ac  
circa illud diligenter studio & studiose diligenter vigila-  
mus. Non ambigimus autem, quin ad hujusmodi no-  
strum desiderium sequendum b; divinorū eloquiorum  
sit expedito congrua, ipsorumq; fidelis praedicatio admo-  
dum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & haec promi-  
noscantur inaniter, vacaque redire, si auribus lingua  
loquentis ignorantium proferantur. Ideoq; illius, cuius  
vicem in terris (tunc immersi) gerimus, uitantes exem-  
plum, qui iurato per universum mundum ad evangeli-  
zandum Apostolos, in omni linguarum genere fore volu-  
luerunt, viris catholici non itam linguarum haben-  
tibus, quibus inturunt infideles pricipue, abundare san-  
ctam ecclesiam, qui infideles ipsis sciunt &  
valeant sacris institutis instruire, christicolarumq; colle-  
gio, per doctrinam Christiana fidei ac susceptionem sacri  
baptismatis, aggregate.

Vt igitur peritii linguarum hujusmodi possit habili-  
ter per instrutionis efficaciam obtineri: Hoc sacro ap-  
probante concilio scholas in subscriptarum linguarum  
generibus ubicunque Romanam curiam refidere conti-  
gerit e, nec non in Parisien. & Oxonien. Bononien. & Sa-  
lamantino studiis, providimus erigendas: Statuentes,  
ut d; in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catho-  
lici sufficien-tes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ  
linguarum noritiam: duo videlicet unicuique sive lingua  
periti, qui scholas regant inibi, & libros de linguis  
ipsis Latinum fideliter transferentes, alios lingua*sp*as  
pias sollicitè doceant, earumque peritiam studiose in il-  
los instructione transfundant: ut instruci & edeci suffi-  
cienter in linguis hujusmodi, fructum speratum pos-  
sint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi salu-  
biter in ipsis populis infideles. Quibus equidem in  
Romana curia legentibus & per Iedem Apolloniam:  
in studiis vero Parisieni, per Regem Francie: in Oxo-  
nien. Anglia. Scotia. Hibernia, ac Vualia: in Bononiensi

In Concilio Venienti.

per Italiam: in Salamantino, per Hispania prælatos, mo-  
nastry, capitula, conventus, collegia exempta & non  
exempta, & eccliarum rectores in stipendiis compe-  
tentibus & sumptibus volumus provideri: contribu-  
tionis onere singulis iuxta facultatum exigentiam impo-  
nendo. Privilégii & exemptionibus quibuscumq; con-  
trariis nequaquam obstantibus, quibus tamen nolumus,  
quoad alia, præjudicium generari.

CAP. I.

Is, ad quem spectat magisterium vel doctoratum tribuere, prius  
a doctorando recipiat juramentum, quod in solemnitate sua non ex-  
pendat ultra summam milium Tiron. argenteorum. Quod  
si non fecerit, etiam si sit Episcopus, per sex menses à collatione ma-  
gisterii est suspensus. b.d. loam. And.

Idem.

Cum sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate & im-  
peritia ad honorem ascendat peritii literarum, non  
sine turbatione miramur illum apud scholasticos inva-  
luisse abulum, quod plerique eorum, qui in quavis sci-  
entia ad doctoratus vel magisterii afflumuntur honorem,  
quam sua solenniter principia faciunt, aut sui recipiunt  
insignia doctoratus, circa cibos, vestes, & alia sic in ex-  
pensis excedunt, quod & ipsi transvente expensarum  
hujusmodi vanitate vacui plerunque remaneant & gra-  
vati. Et catere qui vel nolunt vel nequeunt similes ex-  
pensas subire, hac occasione frequenter à receptione ho-  
noris hujusmodi retrahuntur. Volentes igitur de oppor-  
tuno luper his remedio providere, illis ad quovis ubi-  
libet pertinet honorem tribuere memoratum, districte  
principimus, ut quoquecumque ab eis de catero dictum reci-  
pientes honorem, juramento prius adstringant, ne ultra  
tria milia Turonen. argenteorum a in solennitate, circa  
hujusmodi doctoratum aut magisterium quomodolibet  
adhibenda, expendant. Ipsosq; nihilominus (nisi forsan  
nobilis b conditionis extiterint) ut intra summam pra-  
dictam hujusmodi moderentur expensa, efficaciter ex-  
hortantes, ac si hoc illorum congruere statu viderint, ju-  
ramentum exigentes ab eis, quod certos, intra summam  
præfatae taxandos ab ipsis expensarum terminos non  
accedant. Si quis autem Pontificali etiam c dignitate  
præfulgens, non recepto prius juramento praefato hono-  
rem cuquam tribuerit supradictum, à collatione magi-  
sterii seu doctoratus cujuslibet, per sex menses sequentes  
eo ipso noverit se suspensus.

a Vid. Ludovicum Gomezium in regula Cancellaria de idio-  
mate, ubi plene de materia linguarum. b aliter, exequendum.  
c al. conting. d al. ista: n in locorum ipsorum studiis, &c.  
e al. regentibus.

a al. Argenti. b al. notabilis. c Dicito, etiam deest in an-  
tiquiorib; exemplarib; & impressu.